59

ates vllatus planctus et fletus super eius
corpus beata virgo tunc fecerit est irrepli-
cabile credendum tamen est quod nullos planctus
irracionabiles fecerit quia dolor eius non
pertingebat ad vires superiores adhuc hic
ut supra dictum est lxxxi sermone in ex-
posicione evangelii dominice infra octavas
nativitatis christi parte secunda unde ibi cum
ergo sancta virginis plangent ante quod
eam apostoli a corpore possent divellere
tandem cum difficultate aliter forte tempererit
eam aliquantulum a corpore filii et interim
unxerunt corpus domini aromatibus et
syndone munda involuerunt cum linthe-
aminibus et postea eius faciem ligave-
runt sicut consuetudo erat apud iudeos
Ex predictis verbis habetur in doctrina primo
est quod fideles communicantes corpus
domini de altari comparantur illis qui de-
posuerunt dominum de cruce. Ubi tamen
ymmo plus corpus christi suscipere debent
altaris quam de cruce tenentis illi enim
acceperunt cum brachiis et manibus
sed isti sumunt cum ore et corde
Unde sicut illi involuerunt eum in syn-
done munda sic isti debent eum suscipere
corde mundo et pura consciencia sicut est
dictum si non accipiant corpus christi
sacramentaliter saltem mentaliter sic recipere
ubi etiam homo dicit theologus quod nos debemus
imitari Ioseph qui corpus christi suscepit
ut suscipiamus eum in syndone munda
id est consciencia pura et etiam corpore mundo
Secundo in figura corpus quod est conditum
aromatibus docet namque non solum pura anima
sed et corpore puro corpus christi suscipere
Involucio autem capitis quod misterium eius
clausum est et occultum | Sacramentum autem
regis abscondere bonum est Thobie
12. Tertium dictum est quod et nos
qui ad tale statum perfectionis pervenimus
ut tamquam mortui simus mundo et peccatis
et corpus habeamus emortuum sicut
dicit apostolus de Abraham et Sara.
tunc lazare potimus tegere

crucis sicut dominus qui vivus noluit de cruce
descendere sed se mortuum permisit deponi
et hoc est quod dicitur Collacionibus patrum Coll.
21. Quicumque enim culmen perfectionis culmine
ascenderit hic super eum tale obligacionem
sic ieiuniorum castigacionem tenetur omnibus
sublimatus recta universa legis precepta
quasi pueri despiciens tamen subiectum sal-
vatoris se esse cognoscit hec ibi et
plura alia addidit que tamen sunt sane
intelligenda nec frater quis debet
presumere propter statum illius perfectionis atti-
gisse. Tertium dictum est quod nos libenter
debemus christum cum Ioseph de cruce deponere
quam diu enim peccator est in peccatis christum
iterum crucifixit quantum in se est vinculat
et crucifigit peccata enim nostra sunt causa
quod christus crucifixus est. Sed mox cum per
penitenciam ad deum convertitur ipsum de cruce
solvit et deponit et inter brachia
sua eum complectitur. Unde sciendum quod
complectens aliquem inter brachia po-
tens est de eo facere quidquid vult maxime
si ille non repugnet. Sic peccator qui se
per penitenciam constringens eum christum brachiis
amoris potens est de eo omnia que voluerit
obtinere nam nichil enim christus repugnat
penitenti sed paratus est ad danda
gracias quam ille ad recipiendum. Ad
conformandum se huic articulo recogitet homo
quam lamentabile factum fuit quod tale
corpus quod erat deus sic tractabatur
admodum cadaveris et quod corona glorie
iacuit sic prostrata qualiter etiam tunc placitum
beata virgo ... fecit super corpus tam
dilecti et dulcis filii sui vel alias sicut
deus dederit meditatur

O Domine Ihesu christe fili dei vivi qui
hora completorii sepulture quamvis in
monumento novo excisso in petra
sepeliri clementer et custodiri voluisti
Da michi te in corde meo spiritualiter se-
pelire clementer et diligenter custodire
ut et ego tibi consepultus tecum merear
ad resurreccionis gloriam feliciter pervenire
Qui vivis et regnas etc.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_338/0125
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG